dicendū. q̄ illi q̄ obligati iuramē-  
to vſ voto religionem intrant non  
faciūt contra prohibitionē ecclēſie.  
vt oſtenſum eſt. vnde ex hoc q̄ in-  
trant non efficiūt filij gehēne. ſed  
filij vite eterne quaz dñs p̄mittit  
Matthēi. xix. relinquētibz tempo-  
ralia p̄pter ipſuz. ſed ex hoc q̄ ex-  
eunt poſt profeſſionem efficiūt  
gehēne filij. ſed hoc non p̄iudic-  
cat recipientibz eos. niſi ex eorum  
malis exemplis ſint peruerſi. Vn-  
de ſignāter dominus dicit. facitis  
eum filiū gehēne duplo. q̄ vos.  
q̄ vt dicit̄ Chriſt. Maloruz magi-  
ſtrorum prouocatus exemplo fi-  
ebat peior. magiſtris. ¶ Ad ſepti-  
mum dicendū. q̄ ratio illa ſapit  
mamicheoruz herēſim. qui hāc ra-  
tionem ad duas erroneas conclu-  
ſiones adducūt. Primo quidez ad  
hoc. q̄ oīa corpa corruptibilia / nō  
ſunt a deo. ſi em̄ inq̄ūt a deo eſſent /  
nō diſſoluerēt. Sc̄do ad h̄ q̄ cha-  
ritas ſemel habita / nūq̄m amitta-  
tur. ita q̄ q̄ peccat mortaliter nūq̄  
grām habuit. ſi em̄ inq̄ūt gratiaz  
habuiſſet. h̄ fuiſſet op⁹ dei. et ita diſ-  
ſolutum nō fuiſſet. qd̄ etiā hęc ra-  
tio itendit. vt ſc̄z ſi aliq̄s non p̄ſe-  
uerat i religione. q̄ p̄poſitū de in-  
trando religionem a deo nō fuit.

Est ergo ſciēd. q̄ verba illa nō di-  
cūt ad oſtēdenduz q̄ illa que ſūt a  
deo imperpetuū maneāt. et corrū-  
pi non poſſint. ſed ad oſtēdendum  
infallibilitatē diuine prouidētie. nō  
em̄ p̄ eſſe vt dei prouidētia fallat.  
Vnde ſignāter nō dicit op⁹ dei eſſe  
indiuſolubile. ſ; conſiliū. ſm̄ ergo di-  
uinā prouidētiā / quibuſdam datur  
donū gratie ad p̄ntem iuſticiā. et  
tamē nō datur eis donuz p̄ſeuerā-  
tie. vt patet p̄ b̄m Aug. i libro de  
bono p̄ſeuerātie. .xij. .q.

**H** D ſecūdū ſic p̄cedit. Videt̄  
q̄ illi qui obligati ſunt voto  
vel iuramēto ad intrandum  
religionem non tenēt̄ intrare. Om-  
nis em̄ Chriſti actio n̄a eſt iſtru-  
ctio. ſed dñs nō imponebat homi-  
nibus neceſſitatez. ſed h̄ relinque-  
bat eoz libere volūtati. vnde dice-  
bat cuidaz (vt habet̄ Mat. xix.)  
Si vis ad vitāz ingredi ſerua mā-  
data. et itez ſi vis p̄fectus eſſe va-  
de et vende omnia que habes et da  
pauperibus. Et Apoſtolus prime  
Cor. vii. De virginibus aut̄ p̄ſe-  
ceptum dei nō habeo. conſilium aſ-  
do. ergo videtur q̄ nō ex neceſſitas  
te teneantur aliqui religionem in-  
trare p̄pter iuramentum vſ votuz.  
¶ Prete. nullus poteſt iuramento  
vſ voto obligari ad aliquod i quo  
detrimentuz p̄fectionis patiat̄.  
ſed p̄ hoc q̄ aliqui religionem in-  
trant. detrimentū p̄fectionis patiū-  
tur. impedūt̄ em̄ p̄pter religionis  
obſeruātiā a viſitatione iſirmo-  
rum. et collatione elemoſynaruz.  
et alijs operibus pietatis in qua  
ſūma chriſtiane religionis conſiſtit.  
vt dicit̄ Amb. ſup illud ad Timo.  
.iiij. Pietas ad oīa vtilis eſt. g⁹ illi  
q̄ iurauerūt vel vouerunt religionē  
intrare non tenentur. ¶ Pre. Pro-  
ſper dicit i. ij. de vita cōtēplatiua.  
Sic ieiunare vel abſtinere debem⁹  
vt nos non ieiunandi vel abſtinē.

di necessitati subdamus. sed illi qui sunt in religione / ex necessitate voti vel obediencie abstinent vel ieiunant. ergo minus merentur. non ergo ad religionem omnes statim per aliquis iuramento vel voto obligari. **P**reterea. virtus est circa difficile et bonum. sed difficilius est bene vivere in seculo. quam in religione. ergo magis est virtuosum. non ergo ad statum religionis aliquis iuramento vel voto obligari potest. **P**reterea. communis utilitas preferenda est bono privato. sed pro hoc quod aliqui religionem intrant derogatur omni utilitati. si enim omnes religionem intrarent non essent qui plebium curam agerent. et ita populus sine rectoribus remaneret. ergo melius faciunt si non intrant religionem quam si intrant.

Sed contra est quod dicitur in psalmo. Vouete et reddite domino deo vestro. ubi dicitur glo. Quod vouere deo voluntati consulitur. sed post voti promissionem redditio necessario exigitur. Item Ecclesiasticus. quanto dicitur. Si quid vouisti deo ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis promissio et stulta. **P**reterea. **A**ugustinus dicit in epistola ad Armarium et Paulinum. quoniam vouisti iam te obstrinxisti. aliud tibi facere non licet. pro utrumque esset voti reus liber fuit quod esset inferior. quibus non sit gratulanda libertas que fit ut non debeatur quod cum lucro redditur. **R**esponsio dicendum quod dicitur quod illi qui voto vel iuramento sunt obligati ad intrandum religionem. non tenentur intrare est manifeste hereticum. quicumque dicit non esse peccatum id quod est contra preceptum dei. hereticus reputatur vel iudicatur. sicut hereticus iudicatur quicumque diceret quod fornicatio simplex non esset peccatum mortale. Est enim contra hoc preceptum non mechanice ut sancti exponunt. Sunt autem excellentiora precepta prime tabule. que ordinantur ad dilectionem dei. quam precepta secunde tabule. que ordinantur in

dilectionem proximi. Unde quicumque dicit quod sine peccato preteriri possit et aliter quod pertinet ad precepta prime tabule. est manifeste hereticus. Cum autem impletio voti pertineat ad latrariam. manifestum est quod quicumque dicit votum non esse implendum. loquitur contra primum preceptum prime tabule. quod est de cultu patrie soli deo exhibendo. Qui vero dicit iuramentum non esse implendum. loquitur contra secundum preceptum prime tabule. quod est. Non assumes nomen dei tui iuramentum. unde manifeste est hereticus quicumque hoc dicit. nisi forte hoc dicat. quod intrare religionem sit illicitum. Iuramenta enim vel vota facta de rebus illicitis non sunt obligatoria. secundum id Isidori. In malis promissis rescinde fidem. hoc iterum est hereticum dicere. quod non sit licitum religionem intrare. est enim expresse contra christi consilia. Unde quicumque dicit quod ille qui est obligatus voto vel iuramento ad intrandum religionem possit absque peccato in seculo remanere. est manifeste hereticus. si in hoc pertinaciter perseveret. **A**d primum ergo dicens. quod necessitas voti vel iuramenti non excludit voluntatem ut super dictum est. Sic enim aliquis ex lege omnium obligatur ad servanda dei precepta que tamen voluntarie servat ut dominus dicit. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. sic ille qui emisit iuramentum vel votum obligatur ex quadam privata obligatione. et tamen voluntarie implet iuramentum vel votum. ita tamen quod ante iuramentum vel votum licitum est ei facere vel non facere. unde et dominus dixit. Si vis perfectus esse. et Paulus de virginitate consilium dat. sed post iuramentum vel votum illicitum est non implere. **A**d secundum dicendum. quod illa ratio continet heresim damnatam. scilicet quod melius sit in seculo remanere et operibus pietatis vacare quam religionem intrare. Continetur enim inter er

rores **D**igilantijs con quē **D**iero . scribēs dicit . **I**ste venena pfidie catholice fidei sociare conatur . impugnaire vrginitatē / odisse pudiciā . in conuiuio secularū con sanctorū ieiunia declamare . et postmodum con singulos articulos a **D**igilantijs ppositos disputās . veit ad istū articulu dicens . **Q** aut asseit eos melius facere qui vtūt rebz suis . et paulatim fructus possessionuz diuidunt paupibz . q̄ illos qui possessionibz vendunt s̄ semel omia largiāt . non a me ei sed a deo respōdebit . **S**i vis esse pfectus vade et vende omia q̄ habes et da pauperibz . et rem sequere me . iste quē tu laudas secūdu aut tercius ḡdus ē . quē et nos recipimus . dū modo sciamus p̄ma secūdis et tercijs preferenda . **E**t ideo in libro de ecclesiasticis dogmatibz cum alijs erroribz iste etiam damnatur . cum dicit . **B**onum est facultates cū dispensatione paupibus erogare . melius ē p intentione sequēdi dominum insimul dare . et absolutū solitudine egere cū christo . **N**ec solū status religionis p̄ferat̄ elemosynis quas quis facit ī seculo . sed etiā vrginitati in seculo obsequate . **D**icit em̄ **Aug** . ī libro de vrginitate . **N**emo puto ausus fuit vrginitatē p̄ferre monasteio . **A**d terciū dicēd . q̄ idē op̄ factū ex voto . laudabili⁹ et magis meitoriu⁹ est . q̄ si fiat sine voto . qd̄ ex h̄ patet . **Q**uia cū oīs act⁹ de se tāto est magis laudabil⁹ et meitoriu⁹ . q̄to ex digniori v̄tute p̄cedit . sic opus iusticie si fiat ex chaitate laudabil⁹ est . **M**aifestū ē aē q̄ cū aliq̄s ieiunat absq̄ voto . facit actū v̄tutis q̄ est abstinentia . cū aē ieiunat implēs votuz abstinentie actū facit ex latria . que cū ordinat nos ī deum . est nobilio⁹ v̄tutis q̄ abstinentia . vel quecunq̄ alia v̄tutis q̄ ordi-

nat circa bona creata . **Q**uap̄t et **Aug** . dicit in libro de vrginitate . q̄ nec vrginitas q̄ vrginitas honorat̄ . s̄ q̄ est deo dicata quaz vouet et seruat cōtinētia pietatis . **Q** ergo **P**rosper dicit sic abstinere vel ieiunare debem⁹ vt nō nos ieiunādi vel abstinēdi necessitati s̄bdamus . intelligēdum est de necessitate coactionis . que voluntatez excludit . vñ s̄bdit ne iam nō deuoti s̄ inuiti rem volūtariaz faciam⁹ . necessitas aut̄ voti et iuramēti non excludit volūtatem vt dictū ē . **D**icēdu⁹ est aē v̄terius q̄ si illi q̄ ieiunat ex voto . nō placet de se ieiunium . placet tamē sibi impletō voti . et sic magis meretur ceteris paribus q̄ ille ieiunās cui placet s̄m se ieiunū . q̄ magis ē meritorium delectari ī actu latrie q̄ ī abstinentie actu . **A**d quartū dicēdū . q̄ duplex ē difficultas . **O**na q̄ est ex arduitate opis sic vrginitatē p̄uare et huiusmodi . et tal̄ difficultas facit ad v̄tutis augmētū . **A**lia difficultas ē impedimentis et piculis imminētibz . et talis difficultas nō facit ad augmētū v̄tutis . s̄ ad diminutionē ipsius . **N**on em̄ videt̄ esse prudēs nec multuz amare bonū v̄tutis q̄ picula nō timet et cauet . et talis difficultas ad bñ v̄uē dū imminet ī seculo remanentibz . **A**d . v . dicēdū . q̄ illa fuit ratio **D**igilantijs heretici vt patz p̄ **D**ieronymū . q̄ dicit ī libro con **D**igilantiū . nō sūt studio suo monachi deterrēdi . q̄nvis a te lingue vipere morfus seuissimos patiāt q̄bz argumentaris et dicis . **S**i omnes se clauerit et fuerit ī solitudine . q̄s celebrabit ecclesias . quis seculares homines lucrifaciet . quis peccantes ad v̄tutes poterit exhortari . hoc enim modo si omnes tecum facti sint . sapiens esse quis poterit . et vrginitas non erit approban-

da. si enim omnes virgines fuerint. nuptie non erunt. interibit humanum genus. rara est virtus nec a pluribus appetitur. Stultus est ergo huiusmodi timor. cum religionis bonum sit tam difficile et arduum. ut pauci religionem intrent in compatatione multitudinis in seculo remanentis. sicut si quis timeret haurire aquam. ne flumen deficeret. .xiii. .q.

**H** D tertium sic procedit. Videtur quod illi qui sunt in seculo peccatores non sunt ad religionem attrahendi. oportet enim prius exercitari in opibus preceptorum quam intrare ad impletionem consiliorum. ut de minori perveniat ad maius. sed illi qui sunt peccatores in seculo non sunt exercitati in opibus preceptorum. ergo non sunt attrahendi vel recipiendi in religionem. in qua oportet servari consilia. Sed contra est quod dominus Mattheum publicanum ad statum perfectionis vocavit. ut habetur Mat. ix. Omnis Christi actio nostra est instructio. ergo etiam et nos debemus peccatores qui sunt in seculo ad religionem advocare et suscipere.

Responsio dicens. quod maxime utile est peccatoribus ut ad religionem transeant. Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutem. Primo quidem ut de peccatis preteritis penitentiam agant. Secundo ut decetero a peccatis absterneant. ad utrumque autem horum maxime operatur religio. Primo enim status religionis est status perfecte penitentiae. ita quod nulla satisfactio adaequari potest penitentiae religionis et religiosorum qui se et sua deo totaliter dant. Non pro nullo peccato imponi potest homini penitentia ut religionem introeat. tamen in commutatione satisfactiois quantumcumque quis consulitur religionis ingressus. ut patet .xxiii. q. ii. capi. admonere. Vbi Stephanus papa quendam qui uxorem interfecerat. inducit ut ingre-

diat monasterium. et humiliatus sub manu Abbatis cuncta obsequet. que sibi fuerint impata. alioquin iungit ei gravissimam penitentiam si eligit in seculo remanere. Similiter etiam ad vitanda peccata plurimum valet religionis status. Difficile est enim quod in seculo commorantes a rebus mundi non illiciant. propter quod Mat. xix. in expositione Chrysostomi dicitur esse impossibile quod dives qui seque divitiis inheret per amorem intret in regnum celorum. sed quod dives qui habet divitias intret est valde difficile. Unde Ecclesiasticus xxxi. dicit. Beatus dives qui muentus est sine macula. et huiusmodi difficultatem subdit dicens. Quis est hic et laudabimus eum. Propter quod et Gregorius dicit. quod sancti viri ut ab illicitis absterneant. etiam licita pretermittunt. Unde manifestum est quod non peccant sed laudandi sunt qui peccatores ad religionem trahunt. Nam et dominus de seipso dicit. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Ad illud ergo quod in contrarium obijcit dicendum. quod illa ratio procedit et contra rationem doctrine evangelice. et contra rationem philosophicam. Contra doctrinam quidem evangelicam. quod consilia evangelica ad hoc dantur ut per ea facilius homo salutem sequatur. unde status secularium periculosior esse dicitur quam religiosus status. Stultum est enim dicere quod alicui qui debiliores est propter peccata quam commisit non sit ad securiorem viam fugiendum. Est etiam contra doctrinam philosophicam. que docet illos qui sunt ad vicia propensum in contrarium debere reflecti. sicut faciunt illi qui tortuosa lignorum dirigunt. .xiii. .q.

**H** D. iii. sic procedit. Videtur quod aliquis absque peccato potest aliquem iuramento astrigere ad hoc quod religionem non intret. quod enim licitum est fieri. licitum est iurare. sed licitum est alicui scilicet quod nunquam religionem intret. ergo licite potest



test hoc iurare. qui 8° aliquē tali iuramēto astringit non peccat. qz non facit eum iurare aliquod illicitum. ¶ Sed con. ppositū in trandi religionē a spiritusācto ē. vt habetur. xix. q. i. c. **D**uc. sed resistere instinctui spūsācti est graue peccatum. de quo scilicet **S**tephanus reprehēdit iudeos **Act. vii.** dicēs. **D**os semp spūsācto restitistis. ergo ille q aliquē iuramēto astringit ad nō in trandū religionē gūiter peccat. ¶ **R**esponso dicendū qz sicut sup dictū est. in actibz humanis non est aliquid simpliciter iudicādum licitū vel illicitū. ppter id quod accidit in aliquo p ticulari casu. sed ppter id qd est in pluribus. sic etiā in rebz nāralibz cōsideratur quod i pluribz est. **C**ontingit aut i aliq casu q absq peccato aliquis pē astringere aliquem iuramēto ad hoc qz religionē nō intrat. puta si esz matrimomo ligatus et vellet absq consensu vxoris religionē intrare. vel in casibz similibz. **S**impliciter aut loquēdo inducere aliquē ad iurandum qz religionem non intrat. graue est peccatum. si em aliquis vellet religionē intrare. et immineret opportunitas temporis. et omēs aliq circūstantiē conuenirēt grauius peccaret qui eum ab ingressu religionis prohiberet. **U**nde dominus **Mat. xxiiij.** **C**ōmīat. **N**e phariseis quia nec ipi intrabūt i regnū celoz. nec alios intrare sinebāt. **C**ū aut aliqz facit aliquē iurare qz religionē nō intrabit. impedit eum qz tū in se est ab ingressu religionis. s<sup>m</sup> qd cūqz tps et s<sup>m</sup> qz cūqz circūstātiā opportinā. qz in vniuersali omia p ticularia iccludūt. vñ maifestū ē qz gūiter peccat. ¶ **A**d illud qd obicit i cōtriū dicēs. qz qnvis licitū sit ab aliq bono ope abstinere. tamē illicitū est vel sibi v<sup>l</sup> aliq impedimētū

apponere. quo minus in id bonū opus pcedere posset. sicut licitū est non dare elemosynā huic pauperi. illicitum tamen est se vel aliu iuramēto astringere ad hoc qz alii cui elemosyna non detur. **C**ui<sup>9</sup> ratio est. qz ptermittere actū virtutis potest aliquis absq peccato. eo qz pcepta affirmatiua q sunt de actibz virtutū non obligāt ad semp. s<sup>z</sup> impedimentum boni operis directe virtuti cōnriat. et ideo cadit s<sup>z</sup> prohibitionē pcepti negatiui qd obligat ad semp. **U**nde omnia talia iuramenta sunt illicita nec sūt obseruanda. sed illi qui s iurant iurando peruri fiunt. qz iuramentum hominē obligare nō potest cōi charitatez dei. et proximi. **U**nde qnvis licitū sit alicui religionem non intrare. est tamē illicitum impedimentum iuramenti apponere sibi vel aliq. est em cōi pfectionē vite et cōtra cōsiliū christi.

**D**einde quesita sūt tria de his que competūt i religione existētibz. **P**rimo vtz religiosus qui nihil debz habere i proprio vel in cōmuni. possit elemosynam facere de his que sibi ab aliis in elemosynam dantur. **S**ecundo vtz aliquis i religione existēs vīdens patrem suū graui necessitate opprimi. possit exire absq licentia p<sup>r</sup>elati sui vt s<sup>z</sup> ueniat p<sup>r</sup>i. **T**ercio vtz stat<sup>9</sup> religionis sit pfectio. qz stat<sup>9</sup> sacerdotum parochialium et archidiaconoz. .xv. .q.

**A**d p<sup>m</sup>ū sic pcedit. **V**idet<sup>9</sup> qz religiosi q nihil hnt i proprio vel i cōmuni. nō pnt elemosynā facē q eis pfiat. nō em pfiat elemosyna faciēti nisi debito modo fiat. s<sup>z</sup> tales religiosi nō pnt elemosynas debito mō facē. debz em elemosyna p<sup>r</sup>io mō fieri. s<sup>m</sup> id **Thos. big. iij.** **S**i multū tibi fuerit abūsdāter tribue. si aut modicū id ip

sum impitiri stude. ergo tales religiofi qui nihil suū hñt nec in pprio nec in omni. non pñt elemosynaz facere que eis pficiat. sed si quam elemosynaz de elemosymis sibi factis faciūt. eis pficit a q̄b̄ elemosynam p̄ceperūt. ¶ Sed con̄ inter alia opera. elemosynaruz largitio plurimū inueit̄ esse fructuosa. dicit̄ em̄ **Daniel. v.** Peccata tua elemosymis redime. si ḡo religiofi elemosynas facere nō pñt que eis pficiūt. vident̄ eē peioris conditionis q̄m alij. etiā in spūalibz bonis.

¶ S̄ dicend̄. q̄ religiofi q̄nvis ppriū habere nō possunt. pñt tamē aliq̄rum rez dispēsationē habē siue de fructibz possessionū in omni siue etiā de elemosymis p̄ticulariter eis collatis. nec refert q̄ntuz ad p̄positum p̄tinz. vtz huiusmodi dispēsationez habeāt autoritate sui ordinis. vel alicui⁹ superioris p̄lati. n̄ ergo q̄bus dispensatio commissa est. pñt meritorie elemosynam facere de bonis que eoz dispēsationi cōmittunt̄. s̄m q̄ eis committitur. z huiusmodi elemosyna meritoria est. z eis q̄ misericordie ministeriū exequūt̄. et illis q̄z vsibz huiusmodi res deputate noscunt̄.

¶ Si ḡo aliq̄s religiofi sit cui nō sit huiusmodi rez dispēsatio commissa. ei nō licz elemosynā facere. et p̄ hoc patet responsio ad obiectū.

.xvi. .q.

**H**secundum sic proceditur. **V**ideat̄ q̄ religiofi si videat̄ patrē suū esse in necessitate. absq̄ etiā p̄lati sui licētia possz exire claustrū ad subuenienduz p̄ri. non em̄ p̄termittenduz est mandatum dei p̄pter hominū traditiones. **V**nde dñs dicit **Mat. xv.** con̄ quosdā. **V**ritū fecistis mandatu⁹ dei p̄pter traditiones v̄ras. sed ad subueiendū parentibz hō astringitur per h̄ p̄ceptum dñi. **N**onora

prem tuū et matrez tuā. **I**n q̄ quidam honore intelligit̄ necessariorū subuentio. ḡo dicit̄ q̄ non obstantibz religiofi obseruātiis. q̄ sunt hominū statuta. debeat aliquis religiofi exire claustrū ad subueniendū p̄ntibz s̄m p̄ceptum dei.

¶ Sed contra. spūalia sūt p̄ferenda carnalibz. s̄ religiofi se obligauerunt ad obsequiū spūalis p̄ris scilicet dei cui magis tenemur. s̄m illud ad **Hebre. xij.** Quātomagis obtempabimus patri spūali z viuem⁹. nō ḡo debent dimittere sui ordinis obseruantias vt p̄ntibus carnalibz ministrant. ¶ **R**espōsio dicendū. q̄ aliter est dicendū de illo qui nondū religionem intrauit. z aliter de illo qui iam in religione ē p̄fessus. **I**lle em̄ qui nondū religionem intrauit. si videat̄ patrē suū in magna necessitate cui p̄ aliū subueniri non possit. nō debet religiofi intrare s̄ teneat ministrare parentibz. maxie si absq̄ piculo peccati possit in seculo r̄manere. si v̄o p̄ aliū possit p̄ntibz ei⁹ ministrari. potest si vult religionē intrare. **V**nde **Chris.** exponēs illud. **D**imitte mortuos sepelire mortuos suos dicit̄. q̄ malū est hoiez abducere a spūalibz. et maxime cū fuerit q̄ ministeriū p̄ntum cōpleat. erant em̄ aliqui qui complere possent illius funeris sepulturam. **P**ostq̄z vero aliquis est iaz in religione p̄fessus. est mortuus mūdo. vnde p̄ spūalē mortē deobligat̄ a cura ip̄denda p̄ntibz. sic etiā deobligaretur per mortem corporalē. **E**t ideo nō peccat. nec agit con̄ p̄ceptu⁹ dei. si in claustrō remaneat sub p̄cepto p̄lati. p̄ntū ministratio p̄termissa. **E**st em̄ fact⁹ impotēs ad reddēdu⁹ ministeriū absq̄ ppria culpa. **D**ebet tñ q̄tū p̄ (salua ordinis sui obedientia) satagare vt p̄ se vel p̄ aliū suis p̄ntibz subueiat si in cōtate fuerit.

runt cōstituti. ¶ Ad illud vero qđ  
in cōnriū obijciē dicendū. qđ religio  
sus tenet adimplēdū id qđ ad re  
gulā ptinet. nō solū ex traditione  
hūana. s; etiā ex p̄cepto dīno. ob  
ligat em̄ ex voto emisso ad obedi  
endū p̄latiis suis. impletio at̄ voti  
cadit s̄b p̄cepto diuino;

.xvii. .q.

**H**D tercius sic p̄cedit. Videt̄  
qđ p̄sbyteri parochiales &  
archidiaconi sint maioris p̄  
fectōis q̄ religiosi. Dicit em̄ Chris  
in suo dialogo. Si talez mibi ali  
quez adducas monachū qlis (vt  
fm exaggerationē dicas) Melius  
fuit. nō tñ illi op̄adus ē qđ tradit̄  
pp̄tis. et multozū p̄cta ferre cōpul  
sus. immobilis perseuerauit & for  
tis. et paz post dicit. Si q̄s mibi  
pp̄oneret optionē vbi mallē pla  
cere. i officio sacerdotali. an in solis  
tudine monachoz. sine op̄atione  
eligerē id qđ p̄rius dixi. nec cessa  
bam laudans & beatos pronūciās  
eos qđ officiū ecclīe bñ admīstrā  
re potuissent. et quod laudabam  
tanto studio et pnūciabā bñ. nō  
vtiq; refugerē si idoneū me ad gu  
bernationē viderem. Et in sequēti  
capitulo postmodū dicit. Bene ad  
monuisti inq; dulcissime. istoz em̄  
scz seculariū nō recordari optet. cū  
de sacerdotō sit questio. Vex si q̄s  
in ouersatōne multoz positus. p̄  
impturbatum illum mtozē plene  
sancitatis & cōtinētis splēdoz. et  
alia monachoz bona icorrupta et  
inconcussa p̄uare. omib; est p̄fere  
endus. Ex quibus omib; habet̄.  
qđ p̄sbyteri parochiales et archi  
diaconi si bñ viuāt i ecclīe mīstrā  
rio sint omib; etiā religiosi p̄fere  
endi. ¶ Dicit. Chris. in eodē libro  
dicit. Si quis bene mīstrādo sa  
cerdotio. illius p̄positi scilicet mo  
nachalis sudozes conferat. tñ eos  
distare reperies. q̄ntum inter p̄ua

tum distat et regē. s; multo maius  
est bñ exercere officiū regis. q̄ cu  
iusdā p̄sonę p̄uate. 8° multo ma  
ius est qđ sacerdos parochialis vel  
archidiaconus bñ se habeat i suo  
officio q̄ religiosus in suo. ¶ Dicit.  
episcopi sūt i statu p̄fectioni q̄ reli  
giosi. alioquī nō liceret de religio  
ne ad episcopatū trāsire. s; p̄sby  
teri parochiales & archidiaconi si  
miliores sunt episcopis. q̄ religio  
si. qđ sic ep̄s h̄ curaz aiāz in suo  
episcopatu. ita p̄sbyter i sua pa  
rochia. et archidiaconus in suo ar  
chidiaconatu. ergo archidiaconi  
et plebam sūt magis in statu per  
fectionis q̄ religiosi. ¶ Dicit. bonū  
publicū p̄ferēduz ē bono p̄uato. et  
vita actiua ē magis fructuosa q̄ vi  
ta cōtemplatiua. nullū qđ sacrificiū ē  
deo acceptū qđ zelus aiāz. s; archi  
diaconi et plebam intēdūt utilita  
ti communi multitudinis. zelo sa  
lutis aiāz. i actiua vita fructificā  
tes. 8° p̄ferēdi sūt religiosi qđ sa  
luti pp̄rie studēt. in vita cōtempla  
tiua deo p̄uētes. ¶ Dicit. cui apli  
us a deo cōmissum ē magis meret̄  
si bene admīstrā. s; sacerdoti pa  
rochiali vel archidiacono aplius  
cōmissum videt̄. qđ ab eo plus re  
q̄ret̄ in iudicio. 8° bñ admīstrā  
do ampli⁹ meretur. ¶ Sed cont̄ ē  
qđ dicit. xix. q. i. ca. Dicit. Si q̄s  
in ecclīa sua sub episcopo populū  
suū retinz. & seculariter viuit. si af  
flatu sp̄s sancti i aliquo monaste  
rio vel regulari canonicatu salua  
ri se voluerit. qđ em̄ a lege p̄uata  
duciatur. nulla ratio exigit vt lege  
publica cōstringat. s; lex p̄uata  
qđ est lex sp̄s sancti vt ibidē s̄dit̄.  
nūq; ducit hoīez de statu magis p̄  
fecto ad statū mī⁹ p̄fectum. s; facit  
hominez ascēiones in corde suo di  
sponē. vt i psal. dicit. 8° stat⁹ reli  
giosoz est perfectio. qđ status ple  
banoz. ¶ s̄ dicit. qđ p̄fectō sp̄s

3<sup>m</sup>

alis vite ex charitate pensanda ē:  
qua q̄ caret spiritualiter nihil ē. i.  
**Corin.** xiii. ab eius aut̄ perfectōne  
simpliciter dicitur esse aliquis p̄fe-  
ctus. **Vnde** dicit̄ ad **Colossen.** iij.  
**Super** omnia charitatem habete  
que est vinculū perfectiōnis. **Amor**  
autem vim transformatiua habet:  
qua amans in amatum quodam  
modo transfertur. vt **Dionys.** dicit  
iij. ca. de. di. no. **Est** autē extasim  
faciens dimis amor non sinēs sui  
ipsoꝝ amantes esse sed amatoꝝ.  
**Quia** ergo totū et perfectum ē idē  
vt dicit̄ i. iij. **Philipp.** Ille p̄fecte cha-  
ritatem habet qui totaliter in deuz  
per amoreꝝ transformat̄. seipsum et  
sua oīno postponēs p̄pter deū. **Vñ**  
**Aug.** dicit̄. ix. de. ci. dei. q̄ sicut ci-  
uitatem **Babylonis** facit amor sui  
vsq̄ ad cōtemptū dei. ita ciuitateꝝ  
dei facit amor dei vsq̄ ad cōtemptū  
sui. **Et** in libro. lxxxij. questionū.  
dicit̄ q̄ perfectō charitatis est nul-  
la cupiditas. **Grego.** etiam super  
**Ezechi.** dicit̄. q̄ cū quis aliqd̄ suū  
deo vouet. et aliquod nō vouet sa-  
crificiū est. cū vero omne qd̄ habet.  
omne qd̄ vūit omne qd̄ sapit omni-  
potenti deo vouerit holocaustus ē.  
quod latina lingua dicit̄ totus in-  
censum. **Cuiuscūq̄** ḡ mēs sic ē af-  
fecta iteri⁹ vt seipsum et omnia sua  
contemnat p̄pter deū. s̄m illud **Apo-**  
**stoli** ad **Philippen.** iij. **Que** mibi  
aliquā fuerunt lucra arbitratus sū  
vt stercora vt **Christū** lucrifaciā.  
et iste perfectus est. siue sit religio-  
sus / siue secularis / siue cleric⁹ / siue  
laicus / etiā matrimonio iunctus.  
**Abraham** em̄ matrimonio iunct⁹  
erat ⁊ diues cui dñs dicit̄ **Genesis**  
xvii. **Ambula** corāz me et esto p̄-  
fect⁹. **Et Ecclesiastic.** xxxi. dicit̄ **Bea-**  
**tus** diues qui iuētus ē sine macu-  
la. et post aurum non abñt et post  
pauca subdiē. **Qui** pbatus est in  
illo et perfectus iuētus ē. **Sed** ad

uertēdum q̄ aliud ē esse p̄fectū. et  
aliud ē esse i statu p̄fectiōnis. **Sūt**  
em̄ aliq̄ i statu p̄fectiōnis q̄ nōdū sūt  
p̄fecti. sed interdū etiam aliq̄ pec-  
catores. **Sūt** etiā aliq̄ p̄fecti qui i  
statu perfectiōnis nō sūt. et quouis  
status multa significet et rectitudi-  
nem et firmitateꝝ et siqua sūt alia  
huiusmodi. cū tamē dicim⁹ aliq̄s  
esse in statu p̄fectiōnis / accipitur  
status p̄ cōditōne s̄m q̄ libertas et  
seruitus dicit̄ status. p̄t̄ consue-  
uit dici q̄ error p̄sonę aut cōditio-  
nis vel status impedit m̄rimoniū.  
non aut̄ error fortune aut q̄litas.  
**Et** hoc modo accipit̄ status. ij. q.  
vi. **Si** qñ i causa capitali v̄ causa  
status interpellatus fuerit. nō per  
exploratores id est p̄curatores. s̄  
p̄ seipsoꝝ est agendum. **Sic** ergo  
accipiēdo statū illi p̄prie i statu p̄-  
fectiōnis esse dicūt̄ / qui se seruitu-  
ti subñciūt ad opa p̄fectiōnis implē-  
da. **Manifestū** est aut̄ q̄ seruitus  
libertati opponit̄. **Libertas** auteꝝ  
faciēdi quod libet p̄ votum tollit̄.  
quia volūtatis ē vouere. necessita-  
tis est reddere. vt sup̄ dictū ē. **Vñ**  
de q̄ se ad aliqd̄ voto obligat. iqn-  
tum necessitati se subñcit / qd̄ amō-  
do cōstituit se seruū. libertate se pri-  
uans. **Siquideꝝ** ḡ aliquis se voto  
obligat ad aliqd̄ particulare op⁹  
implēdum cōstituit se qd̄ amodo s̄-  
uum nō simpliciter. sed s̄m quid.  
respectu sc̄z illius ad qd̄ se obliga-  
uit. **Si** vero simpliciter p̄ votum to-  
tam vitam suāz dedit̄. ea adimplē-  
da que sūt opa p̄fectiōnis p̄pter deuz.  
simpliciter seipsoꝝ seruū cōstituit.  
et p̄ s̄m ponit̄ i statu p̄fectiōnis. vñ  
et totū se deo vouēdo holocaustum  
offerre dicit̄. vt **Gre.** dicit̄. **Hoc** aut̄  
mō obligāt totā vitā suāz ad ea q̄  
sūt p̄fectiōis / ep̄i i sua cōfectiōe p̄fes-  
sionē q̄ndā faciētes. q̄ obligāt ad  
curā gregis suscepti. s̄m illud. i. ad  
**Tim.** vi. **Certa** bo<sup>m</sup> certamē ap̄

prehende vitam eternam in qua vocatus es. et confessus bonam confessionem coram multis testibus. vel in ordinatione vel in predicatione. ut glosa dicit. Religiosi etiam in sua professione totam vitam obligant deo. ad ea que sunt perfectionis. unde et utriusque huius dicitur. Dicitur enim secunde Corinthios. in. Non enim predicamus nosmetipsos sed Jesum Christum. nos autem seruos vestros propter Jesum. quod pertinet ad episcopos. Religiosi etiam serui vel famuli nominantur. ut dicit Dionysius. vii. ca. celestis hierarchie. et ideo tamen religiosi que episcopi sunt in statu perfectionis. unde et utriusque in assumptione huius status sollemnis benedictio adhibetur. ut patet. vi. et. v. ca. ce. hic. Archidiaconi vel plebani non obligant voto totam vitam suam ad id quod cura requirit gregis. Unde nec in eorum institutione aliquis eis benedictio adhibetur. que exhibetur monachis propter perfectionis assumptionem. ut dicitur. vi. ca. celestis hic. Et ideo ex hoc quod committitur eis cura parochie vel archidiaconatus. constituitur quidem in aliquo officio. non autem assumunt ad statum perfectionis. alioquin essent apostate. dimittendo parochias. et prebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. nullus autem a statu perfectionis discedere potest nisi mortaliter peccando et apostotando. Et inde est quod Dionysius. i. ce. hic. perfectionis attribuit solis episcopis qui perfectionibus. et monachis quasi perfectionis. Illuminationem vero attribuit presbyteris. tanquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem. et sacro populo tanquam illuminandis. Purgationem vero diaconibus tanquam purgatoribus. et ordinem immundorum tanquam purgandis. Ad primum ergo dicens. quod ad omnes illas Chrysostomus. autoritate breuiter responderi potest. quod non loquuntur de sacerdote parochiali. sed de episcopo qui antonomastice sacerdos dicitur. quasi summus sacerdos. Et hic

modus loquendi est plurimorum consuetus ut sacerdotes episcopi nominentur. Et hec responsio videtur congruere secundum intentionem operis. in quo etiam Chrysostomus. Basilium consolatur de sua promotione. uterque enim erat in episcopum electus. Ut tamen particulariter ad singula respondeamus. Ad primum ergo dicendum. quod si aliquis consideret verborum circumstantias nihil ad propositum faciunt. pretermittit enim si aliqui in secretis habitent. multorum sermonibus non mouentur. Digna est quidem laude patientia. non tamen idoneum argumentum vere artis. cuius gradus fuerit in medijs fluctibus et de tempestate nauim liberare poterit merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus premeretur. Et tunc concludit ita. gradus et nunc mihi si tale aliquod adducas monachum (qualis ut secundum exaggerationem dicam) Melias fuit. tamen quandiu solus est. si non perturbatur neque grauiter peccat. quippe qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur. non tamen illi compandus est. qui traditur populis. et multorum peccata ferre compulsus. immobilis perseuerat et fortis. quia sicut in tranquillitate ita in tempestate gubernauit seipsum. vbi manifestum est quod non compat statum statui. sed impeccabilitatem impeccabilitati. Quod enim monachus in claustro habitans non peccet. non est ita euidentis argumentum virtutis sicut si presbyter vel episcopus vel quicumque rector populi in medijs perturbationibus abstinet a peccato sicut non est argumentum tante industrie si gubernator absque periculo nauis in mari tranquillo. ac si nauigat in mari tempestuoso. et tamen ad industriam nauis pertinet ut mare tempestuosum deuinet. Sic ergo ex premissis nihil aliud ostendi potest. nisi quod periculosior est statum habentis curam animarum quam mo-

nachi: et tamen in maiori periculo innocentem se seruare / maioris virtutis est argumentum. **N**on maior virtus requiritur ad hoc quod aliquis conservet se ab aliquo peccato immunem inter populos / quam in religione / sed maioris virtutis est vitare pericula religionem intrando / quam pericula non vitare. **Q**uanto enim aliquis magis amat suam salutem / tanto magis evitat suae salutis pericula. **E**t per hoc patet responsio ad secundum: non enim dicitur quod mallet esse in officio sacerdotali quam in solitudine monachorum / sed quod mallet placere in hoc quam in illo. **Q**uilibet enim sapiens magis vellet habere tantam virtutem per quam possit etiam inter pericula securus existere / quam talem virtutem qua possit extra pericula saluari / sed quia presumptuosum est ut aliquis talem virtutem se habere presumat / per quam possit etiam inter pericula tutus esse virtuosius est quod se extra pericula ponat. **U**nde ipse subdit quod laudabam: tanto studio et bonum pronuntiabam: sed officium administrationis ecclesiae scilicet: non utique defugerem / si idoneus ad eius gubernationem me viderem / prudenter ergo fugiebat quod tantam virtutem per quam idoneus esset non sibi superbe ascribebat. **E**t similiter patet responsio ad tertium. **S**i quis enim in conversatione multorum positus potest imperturbatum illum nitorem plene sanctitatis et continentie splendorem / et alia monachorum bona incorrupta et incoscissa servare / omnibus preferendus est / maioris enim virtutis indicium est ut puritatem perfectam aliquis conservet / etiam inter pericula puritatis / quam si eam extra pericula conservaret. **S**ed tamen pariter amare suam puritatem convincitur / quod puritatis pericula non evitat / iterque difficillimum est et rarissimum omnimodam puritatem servare. **S**i

cut maxima puritas fuit beatae Agnetis: quae etiam in lupanari posita virginali puritate servavit / et tamen quod puritatis amatrice erat: nunquam in lupanari hanc suam virtutem ostendere elegisset / sed quanto magis puram mentem habebat / tanto magis lupanari propria voluntate vitasset / et similiter est in omnibus talibus. **A**d quartum dicendum: quod illa autoritas non pertinet ad perfectionem vite sed ad differentiam dignitatis. **S**ic enim pauper distat a rege: sicut non habens prelationem ab habente / hoc autem in questione non vertitur an sit maior dignitate prelationis quis cumque habens curam animarum / religioso curam animarum non habente. **A**d quintum dicendum: quod alia ratio est de episcopis et plebanis / nam episcopi principales proprii curas habent. **P**lebani autem et Archidiaconi sunt summissatores et coadiutores eorum. **N**on dicitur: xv. q. 1. **C**unctis omnibus presbyteris et diaconibus et reliquis clericis attendendum est / ut nihil absque proprio episcopi licentia agant / non utique missas sine suo iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat / non baptizet nec quicquam absque eius permisso faciat. **E**t. i. **C**orinth. xii. in glo. dicitur: **Q**ui opitulantes sunt quod maioribus fuerunt opes: ut Titus Apostolo: vel Archiepiscopi episcopi gubernatores vero sunt minorum personarum presbyteri. **N**on si quis recte consideret / hoc modo in regimine ecclesie operantur Archidiaconi et Plebani ad episcopum / sicut in regimine temporalis prepositi et balivi ad regem / et ideo sicut rex coronatur et imperat in regno / non autem prepositi vel balivi / ita etiam episcopi in ecclesia: non autem archidiaconi vel plebani. **E**t propter hoc episcopus est ordo in operatione ad corpus mysticum / non autem plebanatus vel archidiaconatus / sed officium tantum. **E**piscopis vero sicut sunt Archidiaconi et Plebani sicut coadiutores

res et mistri. sed religiosi sunt episcopi similes in perpetua obligatione. que facit statum perfecti. **A**d sextum dicendum. quod aliquando duo opera vel in bono vel in malo possunt ad invicem multipliciter comparari. Uno modo secundum suum genus. sicut dicimus continentiam virginalem preeminere in bono continentie viduali. in malo vero homicidium furto. et hoc modo vita activa est fructuosior quam contemplativa. Sed contemplativa merito maior est quam activa. ut Gregorius dicit in vii. moralium. Zelus autem animarum est sacrificium deo acceptissimum. si tamen ordinate fiat. ut scilicet homo primo habeat curam sue salutis et postmodum aliorum. alioquin nihil prodest homini si vult miserum mundum lucratur amme vero sue detrimentum patitur ut dicitur **Mat. xvi.** Alio modo pro opere operari potest in bono vel in malo. non secundum se. sed in ordine ad alium actum. sic abstinentia preferretur in bono assumptis omnibus. tamen assumere cibum cum aliquo propter charitatem preferretur abstinentie. et in malo adulterium preferretur furto. tamen furari gladium ad occidendum. est gravius quam adulterium. Tercio preferretur opus operi in bono vel in malo ex voluntate facientis. quod enim promptiori voluntate fit. melius vel peius iudicatur. Si ergo comparemus opera plebanum vel archidiaconi operibus religiosorum tertio modo comparatis. scilicet secundum promptitudinem voluntatis. tunc incertum iudicium est. quod ille qui ex ferventiori charitate operatur. opera magis meritoria habet. Si vero operantur secundum ordinem ad aliquod aliud opus. sic opera religiosi sunt incomparabiliter eminentiora operibus archidiaconi vel plebanum. Ea enim que religiosi agunt ad illam radicem referuntur. que totam vitam suam deo devotus vertit. Non non est referendum quod faciunt. sed magis quod ad omnibus facienda se devotus vertit. et sic quodammodo operatur ad eos

quod aliquis singulare opus faciunt. sic infinitum ad finitum. Qui enim se dat alii cui ad faciendum omnia que iubet. in finitum magis se dat ei. quam ille qui dat se ei ad aliquod opus faciendum. Non supposito quod religiosus secundum exigentiam sue religionis faciat aliquod opus quod sit pro se. tamen respicit magnam intentionem ex ordine ad primam obligationem que se totum deo dedit. Si vero operentur ipsa opera secundum se. secundum primum modum comparationis. sic aliqui particularia opera que plebanum faciunt vel archidiaconi. sunt maiora aliquibus particularibus operibus que religiosi faciunt. sic maius est intendere salutem animarum. quam ieiunare vel silentium tenere vel aliquod huiusmodi. si tamen omnibus omnia comparantur multo maiora sunt opera religiosorum. si enim procurare salutem aliorum sit magis quam intendere sibi soli loquendo in genere. tamen non quocumque modo intendere salutem animarum preferretur ei quod est quocumque modo intendere salutem suam. Si enim aliquis totaliter et perfecte intendit salutem suam. multo maius est quam si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum. si salutem proprie et si sufficiens non tamen perfecte intendit. **A**d vii. dicitur. quod bene administrare aliquod est et plus et minus. Non si illi cui plus commissum est tanto sit melior administratio. quanto maius est quod ei committitur absque dubitatione plus meretur. si vero ille cui minus committitur multo plus facit. quam ille cui maius committitur. et si benefaciat tamen plus alio meretur. quod etiam in rebus humanis apparet. qui minus beneficium percipit si plus beneficiat. magis debet esse acceptus. Quamvis autem habenti curam animarum sit plus commissum quantum ad dignitatem. quod tamen religiosus maiora opera facit ut dictum est. magis meretur.

**D**einde quesitum est de his que pertinent ad laicos. Et primo de matrimonio. utrum scilicet mulier que post votum continentie emissum contraxit matris

momū i facie ecclesie: possit absq̄ peccato viro suo carnalit̄ cōmisceri. Secūdo de vsura. vtruz aliquis possit licite retinere id qđ acquirat licite mercimonijs pecunia vsuraria; .xviii. .q.

**H**oc p̄mum sic p̄cedit. **V**idetur qđ mulier qđ p̄ votū cōtinētię emissūz in facie ecclesie straxit cum aliq̄ possit ei postmodū absq̄ peccato carnaliter cōmisceri. quod em̄ fit autoritate ecclesie caret peccato: cū fiat autoritate christi. h̄m̄ illud **Apostoli scđe Corin. ij.** Nam et ego quod donavi si quid donavi: p̄pter vos in persona Christi. sed p̄dicta mulier ex hoc ipso qđ in facie ecclesie straxit m̄rimomū / autoritate ecclesie / potestate accepit ad matrimonij actum: qui ē carnalis copula. ergo nō peccat si viro suo carnaliter cōmiscerit. **S**ed cōn. votum cōtinētię est excellentius qđ votū abstinentię: quia non est digna ponderatio continentis aīme. vt dicitur **Ecclesiastici. xxvi.** sed qđ facit cōn. votū abstinentię peccat mortaliter. puta si aliquis frangeret ieiūmū sextę ferię / qđ se semp̄ in sexta feria ieiunaturū vouiss̄. 8<sup>o</sup> multo magis semp̄ peccat mortaliter p̄sona qđ contra votū cōtinētię emissūm. alteri p̄sonę carnaliter cōmiscerit. **I**tem dicens qđ votū cōtinētię ē duplex. simplex scđz et solēne. Solēne aut̄ votū cōtinētię impedit m̄rimomūz strahēdū. et dirimit iaz cōtrahēdū id ē facit vt nō sit m̄rimomū qđ cōtrahit̄ p̄ votū solēne. vñ manifestū ē qđ p̄ votū solēne nō excusat a peccato si quis m̄rimomū i facie ecclesie defacto strahat et vtat̄ carnali copula. **V**otū v̄o simplex / impedit quidē m̄rimomū cōtrahēdū. s̄ non dirimit iam cōtrahēdū. nō em̄ facit qđ m̄rimomū sequēs sit nullum. s̄ solum qđ m̄rimomū strahēs mor-

taliter peccat. matrimoio aut̄ existēte / mulier nō h̄ p̄tatez sui corpis s̄ vir: similiter et econūso. nullq̄ aē potest alteri denegare qđ eius ē. et ideo mulier m̄rimoio iūcta etiā si simplex votū p̄cesserit / non p̄t denegare viro sui corpis vsūm. p̄cipue postqđ fuerit m̄rimomium p̄ carnalē couplam cōsumatum. nemo autem faciens quod debet peccat. **V**nde commūiter ab om̄ibus dicitur qđ mulier que p̄t̄ votū cōtinētię simplex / matrimonij cōtractum carnali copula iam cōsumauit / non peccat reddendo debitū viro. **S**ed an peccet exigendo debitum dubiū videtur: quibusdā dicentibus qđ etiā absq̄ peccato exigere potest: ne intolerabile sit sibi matrimonij onus. **S**ed veri⁹ dici potest: qđ nō peccat reddendo. qđ hoc necessitatis est. peccat aut̄ exigendo. qđ hoc est voluntatis que tenetur astricta per obligationez p̄cedentis voti. **H**uiusmodi aut̄ diuersitatis ratō ē. qđ votum solēne h̄ p̄missionē cū qđaz traditione. **V**nde votū cōtinētię non solēnizat nisi vel p̄ susceptionē ordinis sacri: per quaz hō actualiter dīmo cultui mācipat̄: vel per p̄fessionē ad certam regulam: et susceptionem habitus p̄fessoruz. qđ sic etiā hō actualiter mācipat̄ ad huiēduz deo in religione. **V**otū autē simplex habet p̄missionē sine traditione. manifestū ē aut̄ qđ postqđ aliq̄ rem qđ erat sue p̄fatis alicui nō solū p̄mittit s̄ etiā tradit. nō p̄t eam vltēri⁹ dare alteri: puta equū vel vestem aut similia. et si postmodū alteri donare voluerit / scđa donatio nō valz. **V**ñ postqđ aliq̄ p̄ votum solēne cōtinētię corp⁹ suū deo nō solū p̄mittit s̄ etiā tradidit ad celebrē vitā agēdā / nō p̄t illud vltēri⁹ cui⁹gi tradē: vt sic ex n̄citate reddē debitū teneat. **Q**ui v̄o p̄mittit ali-



quid alicui nōdum tñ tradit illud.  
vnde si postmodū illud tradat ali  
cui alteri / pmissiois fidez frāgit.  
tamē scōa donatō valet. ita q̄ ille  
cui dat̄ p̄ re data vti vt vult. Sic  
ergo p̄sona que p̄ simplex votum  
deo corpus suū promisit ad celibez  
vitā ducendā / si postmodū corpo  
ris sui p̄fatez tradat actualiter cō  
iugi per m̄rimoniū cōsumatum /  
peccat q̄dem frāgens fidez voti. tñ  
donatio tenet. et cōiūx habet i ei⁹  
corpe p̄fatem. vnde non peccat des  
bitū reddens. Nō oportet ad vtz  
q̄ respōdere. ¶ Ad p̄mū igitur dis  
cedū. q̄ mulier que emisit votū  
cōtinētie cōtrahens i facie ecclesie /  
nō accipit ab ecclia auctoritatem vt  
carnali copula vtat̄. q̄ si ecclesie  
cōstaret de voto emissio m̄rimoniū  
inhiberet. Si aut̄ sciret et dispēsa  
ret in voto simplici cōtinētie / auto  
ritate apostolica / p̄t̄ dispēsatōne  
nō peccat mulier / nec exigēdo nec  
reddendo debitū. ¶ Ad secūdū q̄d ē  
in cōnriū dicēd̄. q̄ eadez ratō est et  
i voto cōtinētie ⁊ i voto abstinētie.  
sic em̄ p̄sona que post votum sim  
plex cōtinētie emisit / sui ipsi⁹ pos  
testatē cōiugi tradit / absq̄ peccato  
carnali copula vtitur debitum red  
dens. ita si p̄ votū abstinētie suis  
ipsius potestatem alteri tradit reli  
gionem i trādo / absq̄ p̄cō potest  
ietumū soluere s̄m obediētiāz p̄p̄  
lati. et ob̄uātiā religionis. per  
quod votum solēnisatum ab alijs  
votis absoluit. .xix. .q.

**H**D scōm sic p̄cedit. Videtur  
q̄ quicq̄d aliq̄s de pecūia vs  
suraria luctus fuit reddere  
